



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 27. Responsum Eugenii ad Legatorum rationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

sium a Salvatore, & Henricum de Diest, Sæcul. XV.
 utrumque Theologiæ Doctorem ad Euge- A. C. 1436.
 nium Papam decrevit, ut eundem de con-
 ventis certiorem redderent. Evidem
 Oratores isti nulli pepercerunt labori, ut
 rationibus omni ex parte conquisitis Pon-
 tificem in suam traherent sententiam;
 studiose in memoriam revocabant, quod
 ipsem paulo ante Avenionensem civita-
 tem designasset, utpote locum celebран-
 дæ Oecumenicæ Synodo aptissimum. In-
 stanter urgebant, ut ipse, prout pluries
 iteratis suis literis promisisset, tanto ne-
 gotio feliciter perficiendo operam suam
 jungere, & ad locum Concilii per seipsum
 accedere vellet, concordi cum Patribus
 studio indulgentias promulgaturus, ac
 præscripturus decimas, quarum subsidio
 necessarii sumptus suppeditari possent.
 Præterea illum obtestabantur, ut Præla-
 tos & Doctores Synodo interfuturos, quo
 & ipsi advenientibus Græcis in loco Con-
 cilii comparerent, adhortaretur, ac omni-
 bus per status Ecclesiastici terras profe-
 cturis publicæ fidei tabulas concederet,
 quas pariter Imperator, Reges, ceterique
 Principes se datus promisissent.

§. XXVII.

Responsum Eugenii ad Legatorum rationes.

Eugenius Oratorum postulatis respon- An. 1437.
furus,

Sæcul. XV.
A. C. 1437. surus, Bullam condere noluit, sed dunt
xat oretenus spopondit, se Synodo animi
sui sententiam per Joannem Archiepiscopum Tarentinum Legatum suum, qui
proxime Basileam venturus esset, declaraturum. Sub idem tempus Bonaventuræ Abbas, & Raymundus Taloni, quos
Synodus pariter delegaverat, supremam
manum pacto cum Avenionensium Ora-
toribus inito imposuerunt. Inter eos
enim conventum erat, ut Avenionenses
præter illa sex Ducatorum millia, quæ jam
jam Triremium Praefecto numerata erant,
residua etiam septuaginta, quæ promis-
sent, millia suppeditarent, postquam Syno-
dus solemne condidisset decretum, quo
omnino Basileensis vel Avenionensis, aut
quædam alia civitas intra Sabaudiam sita
in locum Concilii feligenda firmaretur;
Avenionensibus autem permittere-
ut omne id, quod ex indulgentiis, ac de-
cimis nuper injunctis proveniret, per quo-
dam ad id muneric designandos percipere
possent, iisdem emolumentis usque ad in-
tegram prædictæ summæ numerationem
pignoris loco retinendis.

§. XXVIII.
*Adventus cujusdam Legati Græcorum
ad Synodum.*

Dum hæc geruntur, Imperator Græco-

rum